



## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Decima nona causa. Dat decima nona præsul clero monachatum. Tres quæstiones decimæ nonæ causæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

Unde Pelagius i Papa ait.

**E**leutherius a fratre & Coepiscopo noster quæritur, quod mater ejus in casa, que castellum dicitur, oratorium construxerit, ac dedicaverit, & in eodem loco monachos confixerit, ex quibus unus est Presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter Episcopum Cardellum (eius ipse diocesis est) matrem suam afferit convenisse, ut quidquid dedicationis, vel natalis martyrum die, quorum in eodem monasterio reliquiae sunt, per fidelium oblationes intraverit, medietatem quidem habeat ipsum monasterium, medietas autem Episcopo offeratur. Contra quam conventionem Marium Presbyterum (sive sciente, sive nesciente Episcopo) monachis ipsius vel Presbytero, qui ex eis est, vim dicunt intulisse, & frequenter molestias generare, ita ut memoriam Presbyterum proprie excederit, & Missas cum facere nullo modo permittar; dicens, ut quasi pensionis nomine aliquid statuere debeat. Hac igitur omnia diligenter te examinare jubemus, & si apud te evidenter ratione b constituerit, quia tempore, quo dedicatio est ipsum monasterium, conditiones superius posita converint, servari ex ea nostra auctoritate præcipimus, nec aliud amplius exinde ab aliquo exigatur a. Si vero nil tale constituerit d, mediante quid Episcopo ipsi nomine eulogia offerri debeat, inter ipsos monachos & Presbyterum volumus definiri: salvo tamen eo, ut Presbyter Gaudentius, qui etiam monachus est, Missas in monasterio suo, sicut conuevit, facere a nullo ulterius debeat prohiberi.

i ¶ Pelagius] Antea legebatur, Gelasius. Mutationem ex Polycarpo, & qua supra dicitur. c. Eleutherius, alii pars huius eius episcopo citatur ex Pelago: & Anselmus, qui hoc & illud caput concilii affect, Pelagio tribuit.

C. XXXI. ¶ Confusa servitia Episcopis monasteria exhibeant.

Item Vrbanus secundus.

**S**ervitium, quod monasteri, aut eorum ecclesia a tempore Gregorii septimi usque ad hoc tempus fecerunt, & nos concedimus.

Canonica ergo iura, quibus monasteria subiecta non sunt, synodales exactiones intelliguntur. Non e enim cogendus est Abbas (sicut in concilio Tironico statuit) ad synodum ire, nisi aliqua rationabili causa exigitur. Sunt etiam quodam servititia officia, ut angaria operum, crebra receptiones, annua exactio, multationes preventiarum, a quibus omnibus monasteria libera sunt.

## CAUSA XIX.

**D**uo clericis ad monasterium transire voluerint: uterque licentiam ab Episcopo suo petiri: unus relata ecclasia propria eo incito; alter demissa regulari canonicam e canibus se contulerit.

1 Modo queritur, si Episcopus debet permettere, ut relata propria ecclasia clericis monasteriorum ingrediatur.

2 Secundo queritur, si Episcopus licentiam dare noluerit, an eo in vita monasteriorum posset adire.

3 Tertio, si conseruit ipsi regulares canonicos fuisse, utrum concedendus esset ei monasterii ingressus.

## QUÆSTIO I.

**Q**uid Episcopus licentiam clericis ad eundi monasterium dare debet, in Toletano 4. concilio præcipitur, in quo c. 49. sic statutum legitur.

a Anf. l.7. c. 145. Polyc. l.4. tit. 27. b al. veritate. c. alii sententur exigere. d al. convent. e diff. Episcopus non debet. f al. canonica.

C. I. ¶ Non debet negari ingressus clericis, qui manachorum propositum appetunt.

**C**lerici a, qui manachorum propositum appetunt (quia meliorem vitam sequi cupunt) liberos eis id Episcopis in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdicti propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

i ¶ Nec interdicti ] Hac usq; ad finem absunt à manus-  
ptis, sunt tamen in concilio.

## QUÆSTIO II.

**I**nvito vero Episcopo clericum eius à nullo esse suscipiantur, Leo Episcopus b testatur, scribens Anafagio & Thessaloniensi Episcopo, epis. 32. al. 84. c. 9.

C. I. ¶ Invito Episcopo eius clericum nemo suscipiat.

**A** Lienum d clericum, invito Episcopo ipsius, nemo suscipiat. Sed subaudendum est, nisi ad propositum meliori vatis transtulerit. Tunc enim liberum est illi, etiam Episcopo contradicere, monasterium ingredi.

C. II. ¶ Quis manachorum propositum appetit, etiam invito Episcopo suscipiens est.

Unde Vrbanus Papa II. in capitulo sancti Ruffini e.

**V**a f sunt, inquit, leges, una publica, altera privata. Publica lex est, qua à sanctis Patribus suscipiens est confirmata; ut est lex canonum, que quidem propriæ transgressiones g est tradita. Verbi gratia. Decretum est in canonibus, clericum non debet de suo Episcopatu ad alium transire sine commendatibus literis sui Episcopi: quod propter criminosos confitutum est, ne videlicet infames ab aliquo Episcopo suscipiantur persona. Solebant enim officia sua, cum non poterant in suo Episcopatu, in alieno celebrare, quod jure praecipit & scriptis deterstatum est. ¶ Lex h. vero privata est, que instinetu Sancti Spiritus in corde describitur: sicut ut quibusdam dicit Apostolus: i [Qui habent legem del scriptiam in cordibus suis.] & alibi: k [Cum genitilem non habeant, si naturaliter ea, qua legis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex.] Si quis horum in ecclesia sua libo Episcopo populum l reuinat, & seculariter vivit, si affluit Spiritu Sancto in aliquo monasterio, vel regulacione m salvare se voluerit, quia lege privata ducunt, nulla ratio exigit, ut à lege publica constringatur. Dignior est enim l ex privata, quam publica. Spiritus u quidem Dei lex est, & qui Spiritu Dei agantur, lege Dei ducuntur; & quis est, qui Spiritui Sancto posuit dignæ resiliere? Quisquis igitur hoc Spiritu ducitur, etiam Episcopo suo contradicente, erat liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est posita: sed ubi o Spiritus Dei, libertas: & si Spiritu Dei ducimini, non estis sub lege.

## QUÆSTIO III.

**C**anonicos autem regulares ad monasterium transire nulla austringentibus prohibetur.

C. I. ¶ Regularis canonici, monache fieri non debent.

Unde in concilio Educenti congregato sub Gregorij VII. legitur.

**N**ihil Abbas vel monachus canonicos regulares proposito professionis canonice revocare, & ad monasticum habitum trahendo suscipere andeat, ut mo-

a Polyc. l.13. tit. 15. & l.4. tit. 34. Burch. l.8. c. 21. l.9 p. 6. c. 77.

b In concilio Aquigranen. cap. 18. c. Antea legebatur, Rusticus Narbon. d Anf. l.6. c. 161. Burch. l.1. c. 42. l.9 p. 6. c. 66. e al. Ruffi. f Polyc. l.4. tit. 31. Gal. 3. g. al. transgressor. h. c. 1. c. 2. extra, de regulari. i Rom. 2. k Ibidem. l. proprium. Polycarp. m al. canonica. n Rom. 7. p. 3. l. Epiph. o 2. Corinthi. Galat. s. gachi

nachifiant, quandiu ordinis sui ecclesiam invenire quievint, in qua canonicæ vivendo, Deo servire, & animam suam salvare possint. Quod si tenerario auctu id agere tentaverint, anathematis vinculo obligentur.

C. II. q. De eodem.

Item Urbanus Papa II.

M<sup>u</sup>ndanus a. & universaliter interdicimus, ne quis canonicus regulariter professus, nisi (quod absit) publicè lapsum fuerit, monachus efficiatur. Quod si decreto nostra contraire presumens id agere tentaverit, ad ordinem canonicum præcipimus ut redeat, & deinceps memorialem b<sup>z</sup> cucullam deferat, & ultimus in choro maneat.

Exaudendum vero est, nisi eum patris sui licentia religiosu propria induerit. Unde Urbanus Papa II. scribit Abbatu sancti Ruffini c.

C. III. q. Patris sui concessiones regulares canonicæ monachis fieri possunt.

S<sup>u</sup>tatuimus d, ne professionis canonice quispiam, postquam Dei vice supra caput libi hominem impoferet, aliquis levitas infinita, vel distictioris religionis obtenuit, ex eodem claustro audeat sine pannis i & totius congregatiōis permisso recedere. Difcedentem vero nullius Abbatum vel Episcoporum, nullus monachus sine communī literarum cautione sufficiere.

1. ¶ Patis, &c. In urbibus vetustis codicibus legitur, patris tuis congregatiōis: apud Iovinum, sine Abbatis toruque congegationis.

2 pars. Quenam monasteria, que semel dedicata sunt, posse transire in clericorum vel secularium habitacula. Quod in Chalcedonensi concilio omnibus modo prohibetur, c. 24.

C. IV. q. Que semel sunt dedicata monasteria,

semper monasteria perferuntur.

Q<sup>u</sup>ae e semel dedicata sunt monasteria cum consilio Episcoporum, maneant perpetuo monasteria: & res quæd ea pertinent, monasterii reservari oportet, nec posse ea ultra fieri secularia habitacula. Qui vero permisit hoc fieri, subiacet his condemnationibus, quæ per canones constituta sunt.

¶ Hec versio parum discrepat à Dionysiana, quam afferunt Burdius & Ivo. 22.

C. V. q. Qui loca sacra, communia diversoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicatur.

Iam in synodo septima, c. 13.

Q<sup>u</sup>oniam à quibundam viris quadam venerabiles domus suripiuntur, tam videlicet Episcopia, quam monasteria, & facta sunt communia diversoria: si quidem voluerint hi qui hæc retinent, reddere ea, ut secundum antiquitatem restaurentur, bene & optimè est: alioquin si defaciat catalogo fuerint, hos deponi precipimus: si vero monachi vellai, excommunicari: quos nimis confitit condemnatos esse à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto: & deputentur ubi vermis f<sup>r</sup> eorum non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Domini adverfantur, qui dicit: q [Nolite facere domum patris mei domum negotiations.]

¶ Initium huius canonis in synodo septima ab Anaslo verso fideliter. Quoniam propter calamitatem, que pro pecatansis in ecclesia facta est, subreptæ sunt à quibusdam viris quadam venerabiles domus, tam videlicet, &c. Exim autem versus duobus manuscriptis exemplaribus nonnulla sunt in hoc capite emendata.

3 pars. Queritur de his, qui ad conversionem venunt, quod tempore debent confessari. De his ita scribit Gregorius Fortunatus Episcopus Neapolitanus lib. 8. epist. 23.

2 Polyc. lib. 4. tit. 31. b memoriale sua presumptionis cuculum. Polyc. & al. Ruffi, & Ivo p. 6. c. 411. c Polyc. l. 3. tit. 15. Ans. l. 1. c. 6. Euseb. lib. 3. c. 19. Ivo p. 3. c. 17. & 22. Pam. l. 2. c. 15. f Mart. q. ex Esa. 66. g Iean. 2.

C. VI. q. Antequam biennium in conversione compleverit, aliqui confusari non debet.

M<sup>u</sup>nasterii a omnibus fraternitas vestra distictius interdicatur, ut eos, quos ad conversationem b<sup>z</sup> suscepimus, priusquam biennium in conversatione c<sup>z</sup> compleant d, nullo modo audeant confusari. Sed hoc spatio vita, moresque eorum sollicitè comprobentur: ne quis eorum aut nos sit contentus eo quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit. Nam dum grave sit in expertos hominum sociari obsequis, quis possit dicere, quām litigavius ad Dei servitū improbatos i applicari? Miles vero, si converti voluerit, prūquam nobis renuntiet, nullus eum sine z nostro consenserit qualicunque presumptu ratione iuficere.

1 ¶ Improbatis applicari] Antea legebatur, improbos applicare. Ementamus est ex originali impresso & manuscripto.

2 ¶ Sine nostro] Hoc præcipit ex tempore B. Gregorius, ne omnino videretur contempnere legem, quam Mauritius Imperator tulerauit, ne miseres ante complectionem tempus militare in monasterio recipi posset: quam legem idem Gregorius lib. 11. indit. 11. epist. 61. ipsi Mauritio scribens, vehementer reprehendit: quod auctor glossa non videret attendisse.

4 pars. Quaritū, si ingressu monasterium ultrā relinquitur tacentia testandi. Ho Gregorius prohibet, ita scribens Lamantio Caralitano Episcopo, lib. 7. indit. 2. epist. 7.

C. VII. q. Post monasterii ingressum nulli relinquuntur licentia testandi.

Q<sup>u</sup>Via e ingredientibus monasterium convertendi gratia, ulterius nulla sit testandi licentia, sed res eorum ejusdem monasterii juris fiant, aperta legis definitione decreatum est.

C. VIII. q. Post monasterii ingressum eidem monasterio omnia sunt conferenda.

Item Gregorius Papa Cypriano Diacono, lib. 3. epist. 6.

P<sup>u</sup>erlatum est ad nos Petronillam nomine de provincia Lucania genitam, per exhortationem Agnelli Episcopi fuisse conversam, resque suas omnes, quas habere potuit, licet sibi iure potuissent competere, tamen easdem monasterio, quod ingressa est, etiam specialiter donationis titulo contulisse.

Ecce trā Paulus prima eremita in testamento i colobrum suum Athanasio Alexandri Episcopo reliquit, tunicam vero beato Antonio. Sed alius est de his, qui in monasterium ingressi, se & sua tradiderunt, aliud de his, qui solitariam vitam ducenti, se nulli ecclesiæ tradiderunt. Illi semel tradita nulli redire possunt: isti nulli oblata liberè regredi possunt.

1 ¶ In testamento] Longè alter B. Hieronymus in vita Pauli. Scribit enim beatum Antonium pallio, quid ei donaverat. Athanasius, Pauli corpus involuisse, & addit, ne quid prius hæres ex testis bonis non possideret, tunicam ejus sibi vindicavit, quam in sportarum modum de palme foliis ipse sibi contexuerat.

2 ¶ Tradiderunt] Sic est emendatum ex plerisque manuscriptis. Antea legebatur, tradere possunt.

C. IX.

Item in authenticis f<sup>r</sup> constitutione g.

S<sup>u</sup>qua mulier aut vir monasticam elegerit vitam, & intraverit monasterium, liberis non extantibus, monasterio, quod ingreditur, res ejus competere jubemus.

a. Ans. l. 2. c. 197. b. al. convertendara. c. al. conversione. d. al compleverint. e Extra de testamen. c. quia. Ans. l. 7. c. 12. f Cod. de sacros. eccles. auth. si qua mulier. Apud Julianum antec. novell. 123. cap. 96.

¶ Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intrerit, liceat ei postea inter eos dividere, legitima & non diminuta: & quod eis non dedit, monasterio competet. ¶ Sed si omnem substantiam inter filios dividere voluerit, sua persona filii connumerata, partem sibi retineat, qua monasterio competere debet. ¶ Sed si post ingressum moriatur, antequam inter eos dividat, filii legitimam percipiunt, reliqua substantia monasterio competente. In authenticis b de monas. constitutis s. in collatio. ¶ Nunc & autem cum monachus factus est, hoc ipso res suas obtrusif videatur, si prius testatus non sit: & exinde iudicio ejus cessante, lege disponitur, ut si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitimam portione quoque donandi titulo contulerit, etenim substantia monasterio destinata detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum.

## C. XI.

Item ex novella 123. d.

**N**on liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hereditate repellere monachos factos: quamvis dum laici fuerant, in causam ingratitudinis incidentur. Item non liceat parentibus liberos suos ad solitariam vitam transeuntes abstrahere monasteriorum.

¶ Hoc caput expresse habetur apud Iulianum antecessorem; novella 123. cap. 59. In quo aliqui Gratiam reprehenderunt, qui hanc Iuliani sententiam videre minime poterant.

## CAUSA XX.

- D**icitur Us pueritia: annos agentes a parentibus monasterio traditi sunt: unus invitus, alter spontaneus cuelam induit. Ad annos pubertatis venientes: invitus ad facultatem militiam reddit, spontaneus monasteriorum districtus petit.
1. Nume primum quaritur, si in pueritia anni traditi cogantur religiosum propositum tenere.
  2. Secundo, si prater voluntatem parentum non ruram, vel religiosum vestem quis in puerita accipiat; an posuit sibi de tribus, an non.
  3. Tertio, qui prater propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere, annos.
  4. Quartio, si ab uno monasterio in aliud districtus, licet aliqui transire.

## QUAESTIO I.

**Q**uod intra annos pueritia traditi, cum adulti fuerint, liberum habent arbitrium manendi: vel descendendi, probatur auditoriae nona: synodi:

¶ Nonz] In nomina velutis exemplaribus est; octava. Verius in octava ab Hadriano II. habitacionem habetur, sed in libro B. Basili de institutis monachorum, Rustino interprete, cap. 8. Similia eiusdem sunt apud euudem B. Basiliu in regulis suis dispositi, cap. 15.

C. I. ¶ Virginitatis profectio quo tempore firmasse incipit.

Firma autem tunc erit profectio virginitatis, ex quo aadulta ianuas esse coperit, & ea qua solet apta nuptiis deputari, ac perfecta 1.

¶ Ac perfecta] Hoc non sicut in eo Basili loco.

Sed virginitas tunc incipit esse firma, cum etas coperit esse adulta, & religionis profectiorum deum debet esse firma, cum ad adulteriam atem perverturn fuerit. Sed ubi de illa profectio agitur, que in anni pueritia proprio arbitrio Deo offertur, quam non confirmat parentum consensu. Cetera, que a parentibus Deo offeruntur profectio, inviolatam servando operentur.

a. al. legitima portione nulli. b. Novella 16. c. Cod. de E. pisco, & cler. authen. nunc autem. d. Ibidem apud Iulianum antecf. cap. 59. & 60.

C. II. ¶ Non licet de monasterio egredi quemque vel mater intra annos infans fecerit ordinari.

Unde Gregorius scribit ad Augustinum Angelorum Episcopum.

A ddidistis: & adhuc, quod si pater vel mater filium, filiamve intra septa monasterii in infancia annis sub regulari tradi derent disciplina, utrum liceat eis pauperis: b annos impleverint, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino deviamus: & qui haec est, ut oblatis a Parentibus Deo filii voluntatis fratre laxentur:

¶ Sic etiam citat Ivo. Exstat in epistola quarta Gregorii unius ad Bonifacium legatum Germania: & firmo habetur in causa Viarmaciensi, cap. 22.

C. III. ¶ Aut propria profectio, aut paterna do-

torio monachum facit.

Item ex concilio Toletano 4. c. 48.

**M**onachum aut paterna devotione, aut propria professio facit. Quidquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reverendi intercedimus ad uitam, & omnes ad seculum interdicimus egrediamur.

¶ Aliagatum] In duabus Vaticana conciliorum collectio, & Lucensem regio legitur, allegatum.

C. IV. ¶ In monasterio perpetuo manent, qui a parentibus traditi sunt.

Item Isidorus.

¶ Vicinque a parentibus propriis in monasterio fuerit delegatus, noverit se ibi perpetuo permanendum. Nam Anna Samuelle puerum natum & ablatum Deo cum pietate obtulit: qui & in ministerio templi, quo a matre fuerat deputatus, permanuit, & ubi constitutus est, deservivit.

¶ Hoc non est inventum in libro B. Isidori: sed Smachus in expositione reguli B. Benedicti, cap. 19. hoc idem ex ipso Isidoro refers.

C. V. ¶ Ue codem.

Item ex regesto Gregorii, lib. 1. epist. 4. ad Anthemium.

¶ Via & autem dura est in insulis congregatio monachorum, etiam pueros in eisdem monasteriis ante xviii. annorum tempora: luscipi prohibemus: vel si qui nunc sunt, tua eos providentia auferat, & in urbem Romanam transmittat. Hoc & in Palmaria, altissimis insulis te per omnia volumen custodire.

C. VI. ¶ Qui a progenitoribus monasterio traditus est, de eo egredi non licet.

Item ex concilio Triburient.

¶ Vem f primogenitores ad monasterium tradidunt, & in ecclesia coepit canere; & Legere, nec uxorem ducere, nec monasterio desere: potest: sed si discesserit, educatur: si tonsuram dimiserit, rufus condatur: uxorem si usui paverit, dimittere compellatur.

C. VII. PALE A.

[Item ex pœnitentiali Theodori.]

¶ Infans pro infante patet dari in monasterio, quamvis alter vocatus sit. Tamen melius est votum solvere. Similiter & pecora aequali pretio. [si necesse est] sunt redimenda.

2. pars. Ex his autoritatibus colligitur, quod paterna profectio pueros tener obligatos: nec licet eis a proprio discedere quod paterna devotione in pueribus annis suscepserunt. Sed obiectum illud Leonis Papæ, epist. 90. ad Rusticum Episcopum cap. 13. & 14.

a. Ivo part. 7. c. 10. b. al. ad pubertatem. c. alii. voluntati. d. Polyc. lib. 4. tit. 54. Anselm. 1.7. c. 186. & 1.8. c. 6. Burch. 1.7. c. 6. Ivo p. 7. c. 30. e. Extra regul. 6.1. f. Burch. 1.8. c. 97. Ivo p. 15. g. forte. 1. vom.

C. VIII.